



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput X. Notarii Episcoporum examini, & iudicio subiaceant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „putatis ratio reddenda esset, tunc cum
 A.C. 1562. „iis adhibeatur etiam Ordinarius: &
 „aliter factæ liberationes dictis admini-
 „stratoribus minime suffragentur.

CAPUT X.

*Notarii Episcoporum examini, & iudicio
 subjaceant.*

„Cum ex Notariorum imperitia pluri-
 „ma damna, & multarum occasio-
 „num oriatur, possit Episcopus quos-
 „cunque Notarios, etiam si Apostolica,
 „imperiali, aut Regia auctoritate creati
 „suerint, etiam tanquam Delegatus Se-
 „dis Apostolicæ, examinatione adhibita,
 „eorum sufficientiam scrutari, illisque
 „non idoneis repertis, aut quodocum-
 „que in officio delinquentibus, officii e-
 „jus, in negotiis, litibus, & causis Ec-
 „clesiasticis, & spiritualibus exercendi
 „usum perpetuo, aut ad tempus pro-
 „hibere. Neque eorum appellatio inter-
 „dictionem Ordinarii suspendat.

Hoc capitulum aperte disertisque
 verbis supponit, quod Regii Notarii in
 causis Ecclesiasticis instrumenta confi-
 cendi potestatem habeant, præmit-
 que Synodus, ut Episcopi eos exami-
 nare, illosque aut rejicere, aut appro-
 bare possint: ast rursus hujus Synodi
 disciplina in Francia non est recepta, ubi
 Episcopis non conceditur jus, ^{vi}
 cuius

cujus ejusmodi potestatem exercere
possent in Laicos Notarios a Principi-
bus, & Rege electos.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

CAPUT XI.

*Bonorum cujuscunque Ecclesie, aut pii loci
occupatores puniuntur.*

„Si quem Clericorum vel Laicorum,
„quacunque is dignitate, etiam
„imperiali, aut regali præfulgeat, in
„tantum omnium malorum radix cu-
„piditas occupaverit, ut alicujus Eccle-
„siæ, seu cujusvis sæcularis aut regu-
„laris beneficii, montium pietatis, alio-
„rumque piorum locorum, jurisdic-
„tiones, bona, census, ac jura, etiam feu-
„dalia & emphyteutica, fructus, emol-
„umenta, seu quascunque obventio-
„nes, quæ in ministrorum, ac pauperum
„necessitates converti debent, per se vel
„per alios, vi vel timore incusso, seu
„etiam per suppositas personas Cleri-
„corum, aut Laicorum, seu quacunque
„arte, aut quocunque quæsito colore,
„in proprios usus convertere, illosque
„usurpare præsumperit, seu impedire,
„ne ab iis, ad quos jure pertinent, per-
„cipiantur, is anathemati tamdiu sub-
„jaceat, quamdiu jurisdictiones, bona,
„res, jura, fructus, & redditus, quos
„occupaverit, vel qui ad eum quomô-
„docunque, etiam ex donatione suppo-
„sitæ